



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

LXXV. Ioan. Trit. Ab. Span. Richmodi De Horst, abbatissæ in Sebach,
Salutem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

ensis huius, Ioannes in Schotterea, Con-
 ius in Suartzach, monasteriorum nobi-
 litate pridem celebrato, hanc summam
 monibus ad monasterium rediit. Quo-
 rebant, qui Ducem nomine totius omni-
 placatum. His ego auditis respectu
 em, quoniam illius reconciliationem de-
 deinceps domino subijciat, apud
 st. Nimis temerata iniuriam publicam
 rtar amplius ad eos, sed resignabo
 dero. Accepit mihi responsionem
 sed rescripserunt abbatibus a capite
 ia omnino penes me statuisse non
 t vbi maneam, & cum pace maiore, quam
 ero me intendam conferre si velis
 ni expectant, sed non placet mihi
 professus abbates potentiores ut ad
 bo singulorum. Maximilianus Rex
 ari fecit, ut suo me cõteram serui-
 tem in medium, cum scias quanti me
 alatinus Rheni, clementissimus pater
 est, vel penes Abbatem Lymburgensem
 remo iam mihi abbas S. Stephani memo-
 ris in suburbio Herbipolensi propo-
 quam si assumere velim, se operam
 ensi consilio malens in paupertate vivere
 principum conuersari. His ita conclusi
 Septembris ad sua reuersuri discesserunt
 rum videlicet ita placeat reuertendum
 to te facturus sum de omnibus ecclesiam
 Domini 1506.

conclusionis nouissime in cœnobio no-
 facta, mox ut perueni ad propria Dis-
 cessi, & inter alia colloquia monasterium
 tionem feci, asserens fore possibilibus
 paternitas eidem præficeretur cœnobio.
 rebaturque quod veli vestram paterna-
 re adiutrices, mihi quoque ut hanc
 tra nunc igitur paternitas non sit in
 n omnibus grauius ferre confitemur. Ad
 us prosperam & iucundam facere depre-
 ucis Anno Christianorum M.D.VI.

utem.
 die mensis huius Septembris apud Bodo-
 relectis mentem reuerendissimi patris
 imi

simul & tuæ paternitatis intellexi. Habeo tibi gratias ingentes pro tua in me charitate, a-
 gamque libenter vberiores vnquam si potero. Nam etsi principum fauore atque pietate
 mihi satis posset esse prouisum, quia tamen homo sum claustralis, & studio scripturarum
 dectus, malo in paupere latere cœnobio, quam inter aulicos haberi clarissimus. Imita-
 bor illum innocentæ virum qui dixit: *Elegi abiectus esse in domo domini, magis quam habitare*
in tabernaculis peccatorum. Veniam itaque circa finem Septembris, interea quadam hic &
 Neometi expediturus negocia mea, quibus peractis sine mora vobiscum adesse curabo. Et
 hanc voluntatem meam pontifici reuerendissimo Herbipolensi, manifestam facere non
 pigeat precor. Quod si aliqua interuenerit occasio qua in fine Septembris adesse nequi-
 uero, non ilico de aduentu meo desperandum putes, quia certo venturus vitam Deo cum
 sanitate prolongante tua te expectatione non frustrabor. Interea feliciter vale nostri me-
 mor in orationibus tuis ad Deum. Iterum vale. Ex Budori 17. die Septembris. Anno Chri-
 stianorum M.D.VI.

LXXIII.

IOANNES TRITHEMIVS ABBAS SPANHEM. ROGERIO
 Sycambro Salutem.

20 QVOD tibi fueram pollicitus Rogeri amantiſſime vltimis ad te literis meis, nunc his
 quidem breuissimis quam libens facio. Literas Conradi abbatis S. Stephani 16. die
 mensis huius apud Budoras accepi, quibus reuerendissimum præfulem Herbipolensem
 Laurentium rebus meis benefauctem significauit: mihi quoque abbatiam S. Iacobi
 quondam Scotorum, non solum voluntarie verum & quam hilariter offerentem, quam
 ut suscipiam, quantoties mandauit properandum. Sum itaque hic Neometis paucis qui-
 dem diebus moraturus, ad quarundam rerum mearum expeditionem, quibus ordinatis
 iter versus Herbipolim dirigemus. Verum priusquam his finibus excedamus, te videre &
 alloqui optamus. Sed quoniam venire ad te propter dæmonis incarnati fauitium (qui
 non natura sed imitatione potius diabolus quam homo dicendus est) sicuti nosti, mini-
 me possumus. Tu ad nos ut venias, te etiam atque etiam hortamur, petimus & rogamus.
 30 Multa enim mente versamus tecum disputanda, que literis mandare non possumus. Scri-
 psimus autem & priori tuo, rogantes, ut sua tibi auctoritate veniendi potestatem indulge-
 ar. Libellum tuum de vario literarum usu tecum adferas: sunt enim quadam in eo scripta, si
 recte memini, quibus subtilior lima fuerit necessaria, in his maxime que linguam respici-
 unt Græcam, in cuius perceptione satis nec dum profecisti. Adero quantum mihi licuerit,
 ne hoc ipsum tuum opusculum ex tua officina in emendatum vadat in publicum. Moras
 rumpe, quoniam vltra quatrimum istice non manebimus. Vale ex ciuitate Neometensi
 20. die Septembris Anno Christianorum M.D.VI.

LXXV.

IOAN. TRIT. AB. SPAN. RICHMODI DE HORST,
 abbatisse in Sebach, Salutem.

DECEMVVS & octauus hodie mensis voluitur, ut nosti charissima in Christo filia, quod
 à nostro peregrinamur cœnobio æmulorum temeritate commoti. Vnde post mul-
 ta consilia & maturam deliberationem statuentes amplius ad Spanheim nequaquam re-
 uertendum, operæ precium fuerit aliquando prouidisse vbi tandem maneamus. Offer-
 tur nobis Abbatia quadam in suburbio ciuitatis Herbipolensis sita, quam bene nouimus,
 pauperula quidem & modica, sed quieta multum atque tranquilla, nostroque satis vti
 50 speramus conueniens proposito, quam duximus persuasi amicorum consilio non sper-
 nendam. Optime nouit charitas tua quantis laboribus per annos iam tres & viginti con-
 tinuos in Spanheim fuerimus afflicti, non solum in regimine monasterii proprii, sed mul-
 to amplius pro totius ordinis vtilitate communi. At nunc posteaquam ingratitude
 fratrum erga nos manifeste sumus experti, manere cum eis diutius non credimus tutum,
 quoniam nec illi nobis vnquam deinceps erunt fideles, nec eis confidere amplius ve-
 raciter poterimus à quibus tam enormiter sumus decepti. Nobis autem sic pauide conuer-
 santibus, quis non intelligat quantum animarum sequeretur periculū, dum neq; pastor se ouib;
 credere,

Tt 4

credere,

Proverbi. 12.

crederé, neque ad pastorem oues securum deinceps possent habere accessum. Er quamvis de corde meo rancorem remittere omnem forsitan possem, tamen fratres horū aurum autores malorum neq; hoc ipsum crederent, neque prauas consuetudines suas facile immutarent. Satis enim scimus quam sit difficile monachos deprauatos mala consuetudine ad rectitudinem nouitatis reuocare. Dicit namque vir sapiens: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senueris non recedet ab ea.* Assimilatur enim consuetudo naturæ, cui ne modo sine difficultate resistit, beato dicente Gregorio: *Tenent prauas consuetudines quem semel ceperunt atque quotidie duriores existunt, et non nisi cum peccatoris vita finiuntur.* Multa præterea sunt rationes, quarum consideratione moueor ad cedendum, paucissimæ vero quibus induci possim vt maneam. Maxime autem in odium (vt ita dixerim) loci, Ducis inconstantia suorumque temeritate motus sum, vsque adeo, vt eius pollicitationibus fidem amplius nequeam adhibere, neque veniam postulanti credere, neq; gratiam eius oblatam possum acceptare. Viuant deinceps in rure Spanheimenses cum rusticis, quibus videre nimis fuerat graue, de quo etiam principes gloriarentur. Venire mei visendi gratia in Spanheim ex tota fere Germania, ex Italia & Gallia, cæterisque adiacentibus regnis viri eruditi atque doctissimi in omni facultate consueuerunt. Miserunt principes atque potentes huius sæculi suos in re literaria nuncios & oratores ad me, sicuti tota nouit vicinitas, quos ego inauditos, vel sine honore hospitalitatis dimittere nec debui nec volui certe, quamvis plures eorum legaliter satisfecerint pro expensis. Viderunt hæc in circuitu omnes, & factum laudauerunt: soli ex subditis meis monachi duo, & conuersi omnes, quos donatos visitato vocabulo nuncupamus, a quo cernere animo non potuerunt, sed in occulto murmurabant, vt talium mos est, ipsumque ducem, studiosos, doctosque viros, non satis appreciantem sui iniquis delationibus paulatim aduersum se concitarunt. Dabo igitur locum iræ, vt valeant cum rusticis, qui salutarem semper spreuer doctrinam. Prouidebit mihi altissimus locum vt confido meis aptiorem studiis, & pro laboribus multis, quibus defudavi in Spanheim, alibi requiem tribuere dignabitur. Tu autem charissima in Christo filia vna cum sanctis virginibus tibi commissis, sta firmiter in sanctitatis proposito vsque in finem, vt præsentis vitæ consummato itinere, cum sanctis virginibus ad nuptias sponsi intromitti merearis regis æterni. Dominum tuum IESVM CHRISTVM, cui te totam deuouisti, ex toto corde tuo semper diligas, illumque ama super omnia, qui tua amore factus est homo. In quantum plus illum amaueris, in tantum euades aptior ad ingressum regni cælorum, quoniam ipse est via per quam itur ad patriam, ipse est veritas, per quam cognoscitur summum bonum, ipse quoque est vita, per quam iustorum anime fiunt immortales. Vnguentum suauē & optimum est amor Dei, quo animæ pestes cito sanantur omnes, intellectus quoque illustratur mirifice in omnium cognitionem, & affectus ab omni puluerulentia mundanæ adhaesionis purgatur. Quicumque enim Dominum IESVM ex toto corde suo diligit, locum in se vitii & peccatis minime relinquit, nec intrare animum diabolus permittitur, qui diuino totus occupatur amore, quia diabolus animam virtutibus vacuum desiderat, & mentem diuino nudam amore inhabitat. Vbi cumque vero cor hominis amore diuino repletum inuenerit, sub magna confusione recedit. Vt enim visibilia vasa aliquo repleta liquore materiali, superuenientium augmenta non capiunt, sic mens diuina charitate repleta nullum vitii & concupiscentiæ aditum penitus concedit. Felix illa conscientia, in cuius secretario præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia, puritas atq; iustitia, nullus amor versatur alius, vbi cor Deum amantis nec ad hominis recordationem aliquando suspirat, nec videre quicquam in mundo transitorium optat. Sit constans & perfectus amor tuus in Deum, o virgo Christi desponsata contubernio, vt si necesse fuerit amore illius moriaris, qui amore tui placide ac benigne mori dignatus est. O quam dulcis, suauis, & fortis, & potens est amor tuus Domine Iesu, qui mentem æterna facietate reficit, conscientiam ab omni immundicia puram custodit, animam diligentis perfecte illuminat, & cor hominis infirmissimi cõtra omnia huius mundi aduersa robustissime confortat. Ama igitur, o virgo Christi Deum, totum ama tota, vt possis omnia sine labore vincere & delere peccata, quia charitas operit multitudinem peccatorum, & Deo hominem facit esse proximum, in cunctisque mundi aduersitatibus gloriosum. Teneræ namque militiae ac delicati consuetus est amor solo de cunctis hostibus reportare victoriam. Vt ergo fortiter vincas omnia mala huius sæculi, sta fortiter & constans in amore Dei. Tanto enim vincas potentius, quanto amaueris fortius, sancto dicente Bernardo: *O iugum sancti amoris quam dulciter capis. gloriose laqueas suauiter præmis, delectanter oneras, fortiter stringis, prudenter erudis. O felix amor, ex quo o-*

riur

Ioann. 14.

Diligere Deum super omnia.

ceptis possent habere accessum. Et quomodo
 rfitan possem, tamen fratres heri
 neque prauas consuetudines suas facio-
 monachos deprauatos mala consuetu-
 amque vir sapiens: *Adolefcentiam*
 tur enim consuetudo natura, cui in nob
 : *Tenent praua consuetudines quos sine spe*
 peccatoris vita finiuntur. Multa praua
 r ad cedendum, paucissima vero quomodo
 um (vr ita dixerim) loci. Ducis inueni-
 deo, vr eius sollicitationibus fideles
 ti credere, neq; gratiam eius obtinere
 emenses cum rusticis, quibus videmus
 tur. Venire mei visendi gratia in Spira
 que adiacentibus regnis viri erudi-
 liferunt principes atque potentes Italia
 me, sicuti tota nouit vicinias, quas nos
 re nec debui nec volui certe, quamvis
 Viderunt hæc in circuitu omnes. Astatum
 io, & conuersi omnes, quos doctorum
 no non potuerunt, sed in occulto muros
 studiosos, doctosque viros, non satis pro-
 luerum me concitatur. Dabo igitur
 semper spreuere doctrinam. Proinde
 m studiis, & pro laboribus multis, quos
 dignabitur. Tu autem charissimam Chri-
 stis, ita firmiter in sanctitatis proposito
 tinere, cum sanctis virginibus ad tro-
 num tuum IESVM CHRISTVM, vr
 igitas, illumque ama super omnia, quanta
 amaueris, in tantum euades apor ad
 er quam itur ad patriam, ipse est veritas
 que est vita, per quam iustorum an me
 t amor Dei, quo anima: pefes eius in-
 fice in omnium cognitionem, & affectu
 purgatur. Quicumque enim Dominum
 vitis & peccatis minime relinquit, nec
 otus occupatur amore, quia diaboli
 m diuino nudam amore inhabitat. Vi-
 tum inuenit, sub magna confusione
 ore materiali, superuenientium arguet
 nullum vitis & concupiscentis volun-
 s secretatio prater amorem Christi
 , nullus amor versatur alius, vr hoc Domi-
 do suspirat, nec videre quicquam in-
 e illius moriaris, qui amore sui placere
 is, & fortis, & potens est amor tuus. De-
 nscientiam ab omni immundicia peram
 & cor hominis infirmissimi cora omnia
 ma igitur, o virgo Christi Deum, non
 delere peccata, quia charitas operanti
 it esse proximum, in cunctisque mori-
 militiæ ac delicati constitutus est amoro-
 ergo fortiter vincas omnia mala huius
 to enim vincas potenter, quanto amo-
 m sancti amoris quam dulciter cepis, gloriose
 igitur, prudenter erudis. O felix amor, per que

*vitur strenuitas morum, puritas affectionum, subtilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum
 claritas, virtutum fecunditas, meritum dignitas, & premiorum sublimitas. Thesaurus indeficiens
 est amor diuinus, quem qui habet diues, qui non habet, etiam si Cræsi possederit diuitias, omnium pau-
 perimus est. Prior dilexit nos DEVS non vulgari amore, sed dulciter, sapienter & fortiter.
 Dulciter quidem, quia carnem pro nobis assumpsit humanam, sapienter, quia peccatum
 non fecit, nec est inuentus in ore eius dolus, fortiter quia factus est Patri obediens pro no-
 bis vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ecce virgo, Christus formam in semetipso
 tibi præmonstrauit diuini amoris, quem sequaris oportet, si eius thalamum volueris in-
 troire. Ama dulciter ipsum CHRISTVM IESVM, ne quicquam præter illum concupi-
 scas: ama prudenter, ne carnis vanitate decipiaris: ama fortiter, ne in aduersitatibus huius
 mundi vnquam à sancto proposito deiiciaris. Tribus enim istis columnis diuini amoris
 opus est, quoniam qui Christum dulciter amat, ipsum solum amat, & nihil concupiscit illi
 contrarium, diuo dicente Augustino. Minus te Domine amat, qui aliquid tecum amat
 quod propter te non amat. Dulciter itaque diligis, si Iesum non ad aliud quam propter ip-
 solum & solum quidem diligis. Scis enim quid in sacra dicat ipse scriptura: *Ego sum Dominus*
Deus tuus fortis zelotes. Soluta te vult amari, non admittit socium, nec potest amor esse dul-
 cis si fuerit in obiectorum diuersitate communis. Sapienter etiam diligas Dominum Ie-
 sum, quoniam ipse est sapientia Dei Patris, qui vult amari non solum dulciter, sed & sapi-
 enter, alioquin facillime zelo tuo spiritus illudet erroris, cum scientiam sapientis neglex-
 ris amatrix. Non enim habet callidus hostis medicamentum efficacius ad tollendum de
 corde hominis Christi amorem, quam si efficere possit vt in eo sine ratione & incaute
 ambuletur. Propterea in omni sacrificio salem diuina præcipit offerri scriptura, quemad-
 modum & Deus sapienter omnia fecit & ordinauit. Modus autem diligendi Deum est, vt
 diligas eum quantum potes, quoniam quanto plus amaueris, tanto melior dilecto erit.
 Ama & fortiter DOMINVM tuum Iesum, o virgo, hoc est perseveranter, vt ne prospera
 quidem neque aduersa mentem tuam ab eius dilectione, vel emolliant, vel auertant. Di-
 ligendus est Iesus maximo cum feruore vsque ad mortem non minus in aduersis quam in
 rebus secundis, nec propter accessorium aliquod, sed propter ipsum solum, quia Iesus est
 causa dilectionis suæ dignissima. Dominus Iesus portio tua sit, o virgo claustralis, nihil
 tibi curandum, nihil cogitandum, nihil amandum nisi Iesus ipse, cui te mente & corpore
 deuouisti, cuius amor omni dulcior melle, quem quicumque veraciter diligit, nihil in hoc
 mundo præter ipsum concupiscit. Amor Iesu amanti est in cunctis sufficiens, in opiam nõ
 patitur, nec cedit aduersis, nec prosperis emollitur, in se constans est, sibi abunde sufficiens,
 quoniam in Domino Iesu intus omnia possidet, nihil requirens eorum quæ foris esse vi-
 dentur. Omnia enim necessatio contemnit, qui Iesum habere voluerit amicum. Acce-
 dens ergo ad Christi amorem virgo claustralis, ita in timore, & præpara animam tuam
 ad tentationem, quoniam qui amicitias perit Iesu, multorum sibi nouerit inimicitias
 esse tolerandas, & propterea se parat ad humilem patientiam, ne sanctam amicitiam
 priusquam adipiscatur perfecte, amittat. Enimvero cum anima se Dei verbo sociauerit,
 sciat indubitanter statim inimicos se habituram, & eos plerumque, quos ante ha-
 buit amicos in aduersarios esse vertendos. Fortiter itaque in Dei amore perseveran-
 dum est, & animus contra qualibet occurrentia firmandus aduersa, ne in medio con-
 stitutus itinere deficiat, vel terribus laborum magnitudine recedat. Nam si Christum Ie-
 sum qui nullum habuit peccatum, oportuit pati, & sic intrare in gloriam suam, quanto
 magis nos miseri homines, in peccatis concepti, nati & educati, qui delinquendo quoti-
 die deteriores nobis efficiuntur, multa necessario sustinemus aduersa, qui nostro patimur
 demerito, quicquid nobis occurrerit mali. Si tribulationes iustorum multas scriptu-
 ra commemorare non dubitat, nemini videatur mirum, si nos peccatores à iustitia o-
 peribus nudi, conuersi licet ac poenitentes multa sustineamus aduersa. Hinc facer in-
 quit Christophilus: *Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis pro-*
missionem. Ad Christianos pertinet, & maxime ad claustrales, iniurias tacendo fugiendoq;
 potius quam respondendo aut reluctando vincere, & quanto nos professio monastica in-
 stitutionis ad perfectionem ligat amplius, tão nobis licet minus vim vi repellere, sed ma-
 gis oportet quacunque aduersa patientius sustinere. Christiani sumus & claustrales per
 amplius ad humilitatem obligati propter quod omnia graua & amara pro CHRISTI
 amore patienter à nobis ferenda sunt. Ego vr me CHRISTI seruum licet inutilem
 comprobarem, ecce quanta sine demerito sustinui meo, quæ in æmulos retorquere
 potuissem,*

Exod. 20.

Pli potissimum afflu-
guantur.Hebr. 10.
Monachos
omniū ma-
ximè dece-
patientiam
præferre.

potuiffem, sed nocentibus malum inferre numquam volui, sperans quod Dominus Iesus patientiam remuncrabit quam dedit. Super omnia graue mihi fuerit monasterium meum cum amicis in perpetuum deserere, structuras quas ædificauit pulcherrimas alteri & forsitan inimico & ingrato construxisse, & quod excedit vniuersa, bibliotheca duorum milium, quam ego sicuti manifestum est solus comportauit, preciosorum rarissimorumque voluminum post me relinquere, sine qua mihi videbar aliquando viuere non posse. Hæc me sane annis compluribus nimio sui amore detinuit, & ne consentirem in Abbatis pinguiores, quæ mihi offerebantur, vt seis, semper nimium retraxit. At nunc postquam persecutio in me sæuire cœpit æmulatorum, vincula amoris rupi fortiter, & statui pro Christi amore non solum charissimam mihi hæcenus bibliothecam, sed monasterium quoque cum omnibus ad ipsum pertinentibus & patria & amicis deserere, ne forte in medio constitutus æmulatorum memoria mentem corrumperet iniuriarum. Nec tu propterea arbitraris desertam, quoniam nos Deo vocante digredimur ad Francos. Potens enim est DOMINVS IESVS prouisorem tibi dare meliorem, qui rebus monasterii tui tam spiritalibus quam temporalibus consulere multo quam ego possit utilius. Non deseret vos Episcopus vester Neometensis, in cuius diœcesi monasterium vestrum dignoscitur constitutum, sed prouidebit vobis abbatem sine dubio meliorem. Vale cum vniuersis tibi commissis fororibus, Deum pro nobis orantes. Ex Neomecti 20. die mensis Septembris, Anno Christianorum M. D. VI.

LXXVI.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, D. IOAN. TRITEMIO ABBATI
Spanheimensi, Richmodis Abbatissa, Anna de Helmstat Priorissa, & humiles filias totius
conuenius monasterii S. Laurentii in Sebach, cum orationibus
vnam deuotam sempiternam exoptant felicitatem.

SCIRE paternitatem tuam volumus, quod pene ad mortem contristatæ sumus relictis quas nobis misisti literis tuis, quibus te significas dimissurum abbatiam tuam Spanheimensem, & tam longe progressurum à nobis. O quare nos deseris Reuerendissime pater, aut cui nos pauperimas ouiculas committis, quas tam dulciter pascere contuisti lacte cœlestis doctrinæ? Quis erit nunc o dulcissime pater, qui nobis more tuo suavissimos de Christi passione, deque amore diuino, & amœnitatem regni cœlestis distribuatur sermones? Ad quem in necessitatibus pro consilio fugiemus, aut quem inuocabimus tua præsentia destituta? Vtinam lachrymas filiarum tuarum cerneret, vnam ad monasterium tuum redires miseris ouium tibi commissarum, cum sit nemo, sicuti veraciter sumus informata, qui tuum ad Spanheim reditum non summe desideret. Fuit enim nuper hic nobiscum Prior Spanheimensis, qui dixit, quod ille Dux Ioannes vna cum suis omnibus valde cupiat, quatenus reuertaris ad Spanheim, velitque tibi semper esse benignus & gratus, nec permittere quod aliquam patriaris molestiam. Hoc idem cupiunt, orant, & precantur fratres tui omnes, similiter & ordinis abbates, qui Moguntia in capitulo fuisse dicuntur, idem optant vniuersi. Væ nobis miseris, captiuis & inclusis, quæ omni humano sumus destituta solatio, & in medio inimicorum posita, vnicū quod habebamus subterfugium patrem & pastorem fidelem & pietissimum adhuc viuentem compellimur amittere, cui similem numquam poterimus inuenire, qui tantum valeat eruditione, religionis deuotione, experientia, clementia & pietate. Sed quid misere faciemus, cum absentem lachrymis non possimus reuocare. Vtinam nobis solum hac vice liceret monasticam exire clausuram, vt Spiram conuenienter omnes possemus adire, genibusque flexis in terram profluentibus lachrymis tuam deprecari clementiam, forsitan propositum mutares, obtineremus. Sed quia manere nos fixas oportet in loco, hoc vnum paternitatem tuam nobis semper obseruandam propter effusionem preciosissimi sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quem semper prædicare & honorare consueuisti, quam humillime rogamus, petimus & obsecramus, vt si omnino dimittere abbatiam Spanheimensem statuisti, commissioni monasterii huius nostri, quam tibi Dominus Episcopus olim dedit, nequaquam renuncies propterea, sed permancas visitator noster deinceps, sicuti hæcenus iam per plures annos fuisti. Quamuis enim Herbipolis amplius distet à Sebach quam Spanheim, tua tamen paternitas suo nos tempore bene poterit visitare, & si non singulis annis,